

Band II., Nr. 508, Seite 327-329

König Philipp bestätigt dem Kloster Weingarten die von seinen Vorgängern erteilten Begünstigungen.

Mainz, 1198. August 16.

Philippus, dei gracia Romanorum rex semper augustus, universis inperii fidelibus per Sueuiam salutem et omne bonum. Regalis maiestatis auctoritas, nobis a deo rege regum credita, exigit ut piis locis divino cultui deputatis vigili obtuitu provideamus, quatenus indulta eis iura, per nostrum edictum approbata, violandi ea omnibus improbis viam audacie arcus precludamus. Cum igitur monasterium Wingarten, inperatorum, regum et principum fundatum nobilitatis industria, non exigue libertatis nichilominus ab eisdem largita est ei claritudo. Quam nos, ardoris iusticie circumspectione inclinati, iuxta constitutionum, gratiarum, concessionum formam, ab ipsis divis preordinatam, volumus regia benignitate inviolabili decreto confirmare. Decernentes ut homines ipsius, possessiones, tam proprias quam celle de Bûchorn competentes, regalem custodiam aut gardiam advocacionis in feodum conferre alicui, obligare vel vendere, nobis nostrisque successoribus omnis preclusa sit auctoritas, et si forte per oblivionem nos aut nos[t]ros successores accidat illud violare, irritum est semotaque contradictione revocandum. Invasores celle dicti loci Wingarten, si per incendium aut spolium vel manuum violentam iniunctionem infra septa eius tirannidem suam ausi fuerint effrenare, per celsitudinis nostre sententiam ipsos facti auctores et eorum complices, proclamatore etiam tacentes, proscriptionis pena^a dampnamus. Intendentes quoque utilitati prefati monasterii, servos in propria servitute ipsius constitutos ab omni precaria vel alia servitute nobis facienda in perpetuum statuimus immunes et absolutos. Verum etiam quia sepe avaricia iustum pervertit iudicium et amor munerum preoc[c]upat iusticiam ac captivat, statuimus ut abbas, per se vel suos nuncios, excessus hominum, quacumque monasterio suo condicione pertinencium, iudicet et corrigat pecuniamque penalem adiudicatam reatui absque cuiuslibet inpedimento convertat in placitos usus. Quod si strictius eosdem homines intendit artare, volens nostris iudicibus^b auctoritatis sue vices committere, due partes ei et tercia iudicanti cedit in illis que in talione iudicii fuerint acquisita. Preterea monasterio sepius^c memorato indulgemus, perpetuo ipsam indulgenciam confirmantes, ut si quando quis de familia eius ad aliquem locum, specialibus et exceptis iuribus privilegiatum, se transferens^d diem clau-

^aAnfangs stand *pana*.

^bSo ist aus *iudicium* geändert.

^cSo aus anfänglich *spius* verbessert.

^dAnfangs stand *transferens*.

II

serit extremum, in modo et iure approbataque^e consuetudine, prout in rure, mortuario suo vel porcione substancie defuncti nullatenus defraudetur, remedio exemptionis, iuris et consuetudinis aut percepte libertatis eiusdem loci non obstante. Inhibemus insuper singulis et universis locis, in quibus exactio vectigalium et thelonei exquiritur, de rebus monasterii in eorum foro emptis aut per bannos eorum vectis nichil extorquendum. Bona vero que per cambia, empiones, elemosinas a comitibus, baronibus, ministerialibus, burgensibus ecclesia dicta fuerit adepta, quocumque nomine ad nos sint spectancia, regni Romani ratione aut ducatus Suevie, firma super eis sit ei possessio et illibata. Animadvertentes si quidem quod cons[t]itutio ab inordinato s[t]rangulatur^f effectu, ipsum monasterium cum omnibus eius pertinentiis sub regalis tuitionis alas suscipimus ac iura universa, a divis et regibus ipsi Wingartensi monasterio concessa, cum bonis in presenciarum possessis et in futurum possidendis confirmamus et presenti privilegio comunimus. De silva vero que Altorferwalt dicitur, quantum homines monasterii coluerint in propriis personis aut expensis, omni proprietatis iure claustro suprascripto pertinebit. Denique ut scrupulosa lis veri insidiatrix nequeat hanc nostre confirmationis paginam in eaque expressa in errorem precipitare, non pretermittimus, perenniter decimas novalium in pratis et in agris, excultis et excolendis, dicta in silva ipsi monasterio pertinendas stabilire. Ceterum si qua sub simulande oblivionis fraude aut sub simplicis oblivionis specie advocacia fuerit quocumque modo alienata, de regio culmine recuperationis beneficio non sit privata. Si qua huic vero confirmationis edicto persona humilis vel alta, servilis an ingenua, derogare attemptaverit in posterum, regie maiestatis se sciat offensam incurrisse atque in sue culpe penam^g LX libras auri appendat, XXX regio fisco, XXX claustro sepe prenotato. Memoria nimirum huius privilegii ut firmiter roboretur, bulla nostre maiestatis typaria ipsum duximus perpetuo confortandum. Testes sunt¹: Hermannus Monasteriensis episcopus. Willelmus prepositus Aquensis. Hermannus Monasteriensis prepositus. Vlricus comes de Qviburc. Albertus comes de Dilingen. Bertoldus de Nifen. Fridericus dapifer de Walpurc. Euirhardus de Tanne pincerna. Burchardus et Heinricus fratres de Hohinburc. Manegoldus de Sibenech. Drusardus de Spira et alii quam plures.

 Signum domini Philippi secundi, Romanorum regis gloriosi.

^eAnfangs stand *approtataque*.

^fEigentlich steht *confitutio* und *frangulatur*.

^gAnfangs stand *pene* und isoliert *m*.

¹Bei den ersten beiden Zeugen sind Tinte und Schrift etwas unterschiedlich von der übrigen Urkunde. Noch mehr ist dies bei den nachfolgenden Zeugen der Fall, die wie ein Nachtrag aussehen. Gegen die Richtigkeit des Verzeichnisses lässt sich, soweit dies zu ermitteln war, nichts einwenden. Ebenso sind der Erzkanzler und dessen Stellvertreter wie auch der Protonotar richtig angegeben.

III

(*Monogramm.*) Ego Cunradus Wirzeburgensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domini Cunradi, Maguntinensis archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii, recognovi privilegium et de mandato dedi speciali.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo septimo, indictione decima², regnante domino Philippo, Romanorum rege invictissimo.

Datum apud Mogunciam per manum Cunradi regie aule prothonotarii, XVII. kalendas Septembris.

Der Textabdruck folgt dem Original.

Der Urkunde liegt ein am Rand etwas beschädigtes echtes Majestätssiegel bei. Es besteht in einer dünnen, deutlich ausgeprägten Wachsscheibe und führt die teilweise zerstörte Umschrift: ..PHILIPPUS. DEI. GRATIA. ROMANORUM (kaum mehr kenntlich) auf der einen Seite und REX. ET. SEMPER AVGVSTUS auf der anderen Seite des in vollem Krönungsschmuck auf dem Thron sitzenden Königs. Eine blassrote, oben abgerissene Seidenschnur geht durch das Siegel, und ein Stück der Seidenschnur ist auch durch die Urkunde geführt. Nach dem Weingartner Repertorium (vgl. WUB, Bd. I, S. 294) gehörte das Siegel zu der Urkunde, und ein Vidimus, das der Abt Nicolaus von Weißenau am Rag des Hl. Laurentius 1472 darüber ausstellte, bezeugt, das er den „*Brief am Insigel ganz gerecht und unversehrt*“ befunden.

Bezüglich der Frage nach der Verbindung von echtem Siegel und gefälschter Urkunde ist festzustellen, dass die Urkunde nicht, wie sonst üblich, lediglich zwei, sondern drei Einschnitte zum Durchziehen der Siegelschnur hat, den dritten in der Mitte der beiden anderen und etwas unter diesen. Mit Hilfe dieses dritten Einschnittes ist es möglich, die Siegelschnur mit Hilfe eines einfachen durch die Einschnitte gezogenen Schlingknotens so an der Urkunde zu befestigen, dass es ganz das Ansehen hat, als ob sie auf gewöhnliche Weise damit verbunden wäre. Diese Täuschung kann, wenn lediglich zwei Einschnitte existieren, nicht hervorgebracht werden. Übrigens dient das noch durch die Einschnitte gezogene Seidenstück nicht zum Beweis, dass diese Art von Täuschung im gegebenen Fall versucht worden sei.

Diese Urkunde ist gleich den vielen anderen, wodurch das Kloster Weingarten seine ältere Geschichte zu verfälschen bemüht war, ein grober Betrug. Die Unechtheit ergibt sich, unabhängig und unberührt von anderen Anzeigen, einfach und entschieden aus dem Inhalt und der Fassung der Urkunde im Ganzen. Die größere Zahl der angeblichen königlichen Begünstigungen trägt ihre Berechnung auf viel spätere Verhältnisse des Klosters an der Stirn, und eine Stilprobe, wie sie hier der Kanzlei Philipps in den

²Die Indiktion zum Jahr 1197 ist nicht die 10, sondern die 15. Philipp wird aber erst 1198 Apr. 5 zum König gewählt und Aug. 15 zu Mainz gekrönt. Es hätte somit das Jahr 1198 und die 1. Indiktion gesetzt werden sollen. Dazu wäre dann allerdings Aug. 16 passend gewesen. Die Urkunde würde dem Tag nach der Krönung Philipps in Mainz ausgestellt worden sein.

IV

Mund gelegt wird, zeugt wohl nur von ebenso viel Unwissenheit als Dreistigkeit auf Seiten des Betrügers.

 Ganz zu dem gleichen Ergebnis führt aber auch die äußere Beschaffenheit der Urkunde. Die Schriftzüge zeigen durchgängig die unverkennbaren Spuren künstlicher Nachahmung, und die vielen, wenngleich von anderer Hand überbesserten Schreibfehler verraten deutlich, wenn nicht die gänzliche Unbekanntschaft des Schreibers mit der Sprache seines Textes, so doch jedenfalls die solcher Schrift ungewohnte und deshalb leichter irrende Hand. Die Zeitgrenze, vor welche die Fälschung fällt, ist durch das in den Anmerkungen bezeichnete Vidimus bestimmt. Auch nach Regesta Imperii, Abt. 5, Bd. 1, 1, S. 8 f., Nr. 19, handelt es sich um eine Fälschung, der jedoch eine echte Vorlage zugrunde lag.

 Diese Urkunde behandelt auch EWALD GUTBIER: Das Itinerar des Königs Philipp von Schwaben, Langensalza 1912, im Kontext der Weingartner Urkunden in seiner Untersuchung zum Itinerar des Königs Philipp von Schwaben, S. 71 ff. und S. 9, Anm. 2. Er weist nach, dass der Codex trad. maior (vgl. WUB, Bd. IV, Anhang), der unter Abt Konrad 1242–1266 angelegt wurde, als Grundlage der klösterlichen Fälschungen (zwischen ca. 1266 und 1274) diene, und vertritt die Ansicht, dass das Kloster damals noch im Besitz seiner echten Privilegien war und sie als Vorlagen für die Fälschungen verwendet hat.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 26

Überlieferung und Textkritik:

WUB, Bd. XI, S. 572, Berichtigungen und Zusätze, betr. Fälschung

Regesten:

Regesta Imperii Abt. 5, Bd. 1, 1, S. 8 f., Nr. 19.

Literatur:

EWALD GUTBIER: Das Itinerar des Königs Philipp von Schwaben, Langensalza 1912, S. 71 ff. und S. 9, Anm. 2. Zinsmaier: Urkunden Philipps von Schwaben und Ottos IV, S. 127.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Mainz

Ortsindex:

Aachen, AC
 Alttann Wohnplatz (20601)
 Alttann, Wolfegg, RV
 Dillingen an der Donau, DLG
 Hohenberg Wüstung (26307)
 Hohenberg, Schömberg, BL, W
 Kyburg, Kt. Zürich, Schweiz
 Mainz, MZ
 Münster, MS
 Ruine Hohenneuffen Wohnplatz (408)
 Ruine Hohenneuffen, Neuffen, ES
 Siebnach, Ettringen, MN
 Speyer, SP
 Waldburg Wohnplatz (20306)
 Waldburg, RV
 Weingarten Wohnplatz (20565)
 Weingarten, RV
 Würzburg, WÜ